

Memoria

et quotiens homo peccauerit si penitentiam post hoc egerit misericordiam super eum habebit. His diebus fecit sorores vocari. scilicet iusticiam, veritatem, misericordiam et pacem et osculate sunt ad invicem. Tunc filius omnia promissa accepit et regna celestia ei dedit. Unde bernhardus excitans spem ad confitendum gratias sibi a domino impensas dicit. Ecce o sponsa in cruce sponsum tuum capite inclinasti ad osculum. manuum extensionem ad amplexus. lateris aperturam ad affectum. totius corporis expositionem ad contemptum. Hanc igitur de proprio sanguine suo et obtulit patri suo munus pro dulcissima sponsa sua. Suscipies ergo pater celestis clarum munus de manu filii per quod salvanus sumus ad vitam eternam. Ad quam nos perducatur etc.

De memoria mortis. Ca. lvi.

Quidam princeps erat qui multum delectabatur venari. Accidit letum cum ad venandum periret: casu mercator quidam per eandem viam secutus est. Vidensque principem formosum gressum vestimentis preciosis indutum ait in corde suo. O dñe deus: homo iste multum tibi tenetur ecce est formosus et strenuus et generosus. et oēs qui sunt in eis comitatus honeste sunt induti. **M**is cogitavit dixit vni ex familia principis. Dic mihi carissime dñe vestes quas est. Qui ait. Est dñs multarum terrarum et potens valde in auro et argento et famula. Ait mercator. Vultu tenetur ipse deo. Formosus est et sapiens in omnibus quos videri. Ille hoc audiens occulte omnia verba mercatoris domino suo narrauit. Dñs vero circa horam

mortis

vesperinam cum domum rediret rogauit mercatorem ut secum pernoctaret. Ille contra hoc non audebat resistere. Cum princeps ad civitatem periret. Cum vero castrum eius intraisset. tot diuitias tot pulchras camerās auro depictas vidit quod valde admirabatur. Cum autem hora cenandi adesset: princeps mercatorem iuxta suam domum in mensa collocari fecit. Mercator autem cum vestem vidisset tam pulchram et tam gratiosam quasi extra se rapta fuit: et ait in corde suo. O deus meus: princeps omnia que desiderat cor suum habet. uxorem pulchram filios ac filias famulam multam nimis. Cum autem sic cogitasset. delata sunt fercula ante vestem et eum. Et ecce cibaria optima in capite vnus defuncti collocata et ante vestem posita et omnibus et familia in scutellis argenteis ministrabatur in aula. Mercator cum caput mortui ante eum vidisset commota sunt omnia viscera eius et ait in corde suo. Deum mihi timeo quod perdam caput meum in isto loco. Vestis vero in quantum potuit eum confortauit. Cum vero nox adesset: ducit in cameram honestam ubi inuenit lectum paratum cortinis circumdolum et in angulo decimus luminaria magna. Dum vero lectum intrasset famuli ostium clauserunt et mercator solus in camera remansit. Resperitque angulum ubi erat iumentum et vidit duos homines mortuos per brachia pendentes. Hoc viso. inuasit eorum timor: intolerabilis intantum quod quiescere non poterat. Mane vero surrexit et ait. Deum mihi timeo hodie iuxta illos duos perire. Princeps vero cum surrexisset fecit mercatorem ad se vocari et ait. Carissime: quid tibi placet de me. Et ille. Tibi omnia bene placet. sed quod mihi ministrabatur in capite defuncti ultra quod credi potest abhorui tantum quod comedere non poteram. Cum vero in